


ra idem præstat, ut præstare videtur, cū amuletum sit omnium venenorum, ad quid intus in corpore alio graviore veneno uti? aut cibo magis horrido, aut antidoto periculosiori? nisi *ἀσάτυ* Nicandro aspis sit, eo enim cū vipera uti videtur, ut infra apparebit, sed ab Andromacho rejectum, quale sit re vera mihi cū multis incompertum adhuc est.



*QUIS AUCTOR PRIMUM
carne Viperina in Theriaca sit usus.*

C A P. XII.

DROFECTÒ Galenus, & Auctor ille ad Pisonem, si quis alius sit, uni tantum Andromacho in Theriacæ confectione, quæ antea sine viperis parabatur, vipereos pastillos acceptos & permixtos referant, quod quidem verum non esse nemo diffiteretur, nisi contentiose agere vellet, ipse enim primus in ea quantitate probari apponi excogitavit, eoq; modo preparari, ut etiam nunc utimur, iussit, verum ab ipso Nicandro primum Viperæ usum didicisse, velit, nolit, Andromachus confiteri cogeretur. Nicandri enim in Theriacis, uti omitamus græca carmina, latina tantum referamus:

Semina